

tiarum ascensionum aliorum graduum usq; ad finem signi Vir-
 ginis, sed quod tibi prouenerit ex multiplicatione differentia
 ascensionum primi gradus signi Librae, adde ascensionibus cir-
 culi directi eiusdem gradus. Et similiter facias de caeteris produ-
 ctis ex multiplicatione differentiarum ascensionum aliorum gra-
 duum usq; ad finem signi Piscium, & habebis ascensiones cuius-
 libet gra. in circulo horyzontis orientalis in regione illa, ad qua
 operatus fueris. Sed si econuerso feceris, scilicet, addendo pro-
 ducta, & a principio signi Arietis, usq; ad finem signi Virginis
 ascensionibus circuli directi cuiuslibet gradus, & ipsa ab eisdem
 subtrahendo a principio signi Librae usq; ad finem signi Piscium,
 habebis ascensiones seu descensiones cuiuslibet gra. in circulo
 horyzontis occidentalis. Sed cum nota tibi fuerint ascensiones
 circuli directi, & etiam sciueris ascensiones cuiuscunq; re-
 gionis uel climatis, uolueris per modum nunc dictum
 uel per alium, faciliter componere poteris tabu-
 las directionum & aspectuum ad regionem
 & clima quodcunq; uolueris p mo-
 dum quo docemur superius in
 quinto capitulo.

FINIS.